11.

POSITIONES MEDICAE
DE
RABIE
Vel
HYDROPHOBIA,

Quas
in ipſa
Panegyri
DOCTORALI
d. 21. Octobr. 1662.
prius diſtributas,
dehinc
PRO LOCO
in
Gratioſiſſimo Medicorum Collegio
obtinendo,
publicæ disquiſitioni
Subjiciet

PAULUS Ammann VRATISLAV. SILES.
Medic. Licentiat. Colleg. B. Mar. virg. Collegiat. & p. t. Præpoſitus.

Lipſiæ
Typis Johannis Baueri.

CÆSAREÆ, REGIÆQ.
URBIS
URATISLAVIÆ,
DN.
PRÆSES,
DNN.
CONSULES & SENATORES,
VIRI
NOBILISS. STRENUI, MAGNIFICI, AMPLISS.
CONSULTISSIMI, PRUDENTISSIMI:
PATRONI MAXUMI,

UTi quondam ſub ingreſſu in hanc Almam VOBIS laborum primitias obtuli; ſic hac vice eorundem colophonem, eâ, qua decet, ſummisſione, ſacrum cupio: nec immeritò. Siquidem, quod Artis noſtræ myſteria quodammodo penitrare, quod honorum culmen adſcendere potuerim, VESTRÆ, ſi à Dei gratia receſſero, *Munificentiæ* attribuendum. Nunquam enim per octennium ferè Muſis philyreis litare valuisſem, absque hac ſi fuiſſet. Idcirco, quoniam à VOBIS ſalutis meæ maxima pars hactenus dependit, quoniam futuræ quoq; portio non minima ab eâdem fluit ſcaturigine, VOBIS me quoque totum, ſtudiaque mea optimo jure mancipo. Videor equidem à nonnullis ob Matrimo-

trimonium hic propediem feliciter contrahendum, Patriam fugere, & ſic me ipſũ, videor etiam promiſſam Officiorum προθυμίαν ſubtrahere, ſed falſa hos invaſit opinio, quam, licet ego rationibus nunc non extorqueam, contrarius aliquãdo eventus certo certius illis extorquebit. Nolite proin, PATRES Patriæ eminentisſimi, de fide mea ſemel data, dubitare; ſed credite potius, quod firmius, quam Lege Soldurioru devinctus maneam VOBIS,

Quos mihi cœleſtis conceſſit cura PATRONOS.

De cœtero, ut Rem omnẽ, ceu hactenus, feliciter geratis, & Incolumitatem Patriæ ſartam tectam ſubinde conſervetis, ὁλοκαρδίως apprecor. Dab. Lipſiæ, d. 10. Octobr. Anno 1662.

IN NOMINE JESU!

§. I.

OFferim9 adjutoriô divinô *Lectori* benivolo poſitiones quaſdam, *de Rabie*, vel, ut in communi vocatur, *de Hydrophobiâ*, cujus venenum, ſecundùm *Zacuti* effatum, maximè præſentaneum, & peſte ipſâ pejus, ex hac enim quidam evadunt, à rabie nulli, vel paucisſimi, intellige, ſi rabies ſit conſummata. In anteceſſum verò ſtatim eundem rogamus humaniter, velit theſes haſce, ad clepſammidium quaſi conſcriptas, boni cõſulere, alioq; tempore, ubi animus magis erit curis ſolutus, alia expectare. Pr. admirab. l. 3. Obſ. 85.

§. II. Rem itaq; ipſam aggredimur: & quoniam uſu receptum, ut Inauguralib9 hiſce Diſputationibus præmittatur *quæſtio* quædã magiſtralis, lubet ponere ſequentem:

Cur Rabioſi formidine Aquæ & liquidorum ducantur?

§. III. Natales huj9 affectûs pluribus pandere opus eſſe non videtur, quandoquidem ſive latinum, ſive græcum intueamur etymon, utrobiq; rem planam deprehendimus.

§. IV. Hoc ſolùm aliquid difficultatis parit, dum alii *Rabiem ab hydrophobiâ* dirimunt, & per poſterius, etiam vi nominis, ſolùm aquæ formidinem denotant, per prius, alia quoq; Symptomata, huic affectui aſſidentia, & præprimis delirium, innuunt. Verùm hîc ſtatim nos expedire valemus, modò ſignificatûs vocabuli rectè accipiamus, ita quidem: Si vim nominis reſpiciam, obtinent quod volunt, quamvis adhuc quidam negent, *hydrophobiam* eſſe characterem rabiei, de quo tamen *alibi*; Si verò, ut hactenus in ſcholis Medicorum uſu receptum, latius hanc vocem extendam, & ad id, quod eſt potiſſimum, reſpectum habeam, nihil

im-

impedit, quò minus hoc, tanquam potius Symptoma, nominando, totius ſimul affectûs naturam exprimam. Sed hæc, & alia, tanti forſan non ſunt.

§. V. Deinde diſceptant adhuc, quô nomine hic affectus ſit exprimendus? Quidã enim ex Græcis, uti apud *Codronchium* videre eſt, *Hygrophobiam*, *hygrobdelygma*, *hygromiſos*, &c. malunt appellare, quàm *hydrophobiam*, quia non aquas tantum, ſed omnia liquida indiſcriminatim averſantur. Reſpondet huic objectioni *Codronchius* ita: *Quamvis rabidi omnem liquorem metuant, à metu tamen ſolius aquæ, quam magis timent,* (quia magis eſt pellucida, vel, quod inter cæteros liquores aqua plurimum præſtet) *cōſuetudinem primùm hoc nomen obtinuit*; & perinde ſanè cuilibet eſt quonam illud indigitetur nomine, modò eandem rem obtineat. Nos Hydrophobiæ, quia uſitatius, & hic retinemus.

§. VI. Hiſce & aliis nominalibus miſſis, convertimus nos ad realia, nihil magis in votis habentes, quàm ut nobis exactè conſtaret de naturâ *venenorum*; ſic enim facilius cognoſcere & curare poſſemus horum ſymptomatum congeriem, quæ in rabie ſecundùm individua diverſa rabida occurrit. Sed optandum illud quidem, vix autem ſperandum. *Nulla enim exempla abſtruſioris*

Cent. I. obſ. 74. *ſunt indagationis*, ut habet *Borellus*, *in totâ medicinâ, quàm quæ cotidiè in demorſis à cane rabido nobis obveniunt.* Tentabimus tamen aliquid, ſiquidem in magnis & obſcuris etiam tentaſſe aliquid ſufficit. Deſcriptio ſit talis:

§. VII. *Rabies, vel Hydrophobia, eſt delirium, à veneno quodam peculiari, in animali genito, & homini communicato, productum, cū vehementi liquidorum omnium, & aquæ potiſſimum, abominatione.*

§. VI *Generis* locô ponimꝰ *delirium*, non obſtante, quod multi,

l. 1. Pr. p. 2. c. 16. non delirent, quia verò, ut *D. Sennertus* monet, in plerisq; id contingit, ut præter voluntatem agant, & in perfectâ rabie ſemper adeſt (licet in quibusdam gradus obſervet) idcircò optimè locum hîc meretur. *Dixi gradûs obſervare.* In quibusdam enim eſt mi-

c. 1. obſ. 74. tius, in quibusdam gravius, uti habet *Borellus*, aliiq; Medicinaliũ

de hydroph. hiſtoriarum Scriptores. Immò addit *Mercurialis*, ubi de hoc pro-

c. 1. p. 47. blemate agit, ſequentia: *Licet quidam timeant aquam, ut ſæpè fieri conſuevit, niſi tamen hoc fiat cum delirio, non eſſe hanc affectionem no-*

mi-

minandam hydrophobiam. Sic illa quæ ſupervenit febri malignæ,ut obſervavit Salmuth. hujus loci non eſt. Cét 2.obſ.

§. IX. Quo poſito, cadit illud,quod ſit *morbus totius ſubſtantiæ*,ſeu occultarum qualitatum,ut hactenus ſtatutum à nonnullis, quemadmodum ex profeſſo hoc deciſum reperies in *Horſtio* Nã (1) ut taceam rationes, quæ pro morbis hiſce deſtruendis adducuntur, ab *Hieronymo Capivaccio*, hîc, vel in hoc affectu, præter morſum, vel ulcus à cane rabido factũ, morbꝰ nõ eſt aliꝰ. Morſũ autẽ iſtum vel ulcus, eſſe è genere morborum cõmunium,eſt notisſimum aliàs. (2) Si ſymptomata maligna, vel vehementia conſtituerent *morbum totius ſubſtantiæ*, nullum vulnus eſſet, quod non ita eſſet nominandum, quia omne vulnus profundum vel periculoſum ſubſequitur ferè convulſio, Syncope &c. (3) Ipſa *hydrophobia*, in ſe conſiderata, eſt Symptoma, licet à morſu vel ulcere, tanquam à cauſâ præcedente fuerit productum. Quod ipſum Autores teſtantur qui *hydrophobiam* vel rabiem ad vitia ſeu ſymptomata imaginationis & ratiocinationis læſæ,referunt. Concluditur idcircò :*Hydrophobiam non eſſe in cenſum morborum,ne horum quidem, referendam, ſed ad ſymptomata*, & præſertim *deliria*, quod jam tribus nunc probatum dedimus.

Inſtit. Med. diſp.5. qv.16. p.240 decad. x. cent. problem. therapeut.

Jonſton.pag. 396.

§. X. *Differentia* deſumitur hîc à quatuor, 1. *à Cauſâ efficiente*, 2. *Subjecto agente & patiente*, 3. *à modo*, 4. *à conſequentibus*.

§. XI. *Cauſam efficientem* diximus eſſe *venenum* quoddam peculiare, & ut plurimum in Cane rabido generatum,qui ſecundùm naturalis ſcientiæ Dd:rabiel verâ, & primâ affici dicitur, reliqua verò animalia cõmunicatâ,Sed hæc nobis non inſerviunt, *An queq, alia animalia, præter canes, posſint in rabiem agi?* item: *utrùm tale venenum in humano corpore posſit generari citra morſum vel contagium canis rabidi? vid. Autores.* Quænam verò hujus cauſa ſit? variant *Autores.* Quidam accuſant *putrefactionem*, quidam *intemperiem calidam vel ſiccam*,quidam *atrabilaris humoris abundantiam*,& tandem *peculiares corruptiones.* Quod concernit *primum*, ſimpliciter verificari nequit in hoc negotio, quot enim, quæſo,in corpore putredines? quæ ejusmodi Symptomata non inferunt; neq; *intemperies ſicca vel calida* rabiei cauſa immediata & proxima haberi poſſunt, aliàs ſequeretur,quod in omnibus morbis calidis,& febribus, neceſſariò debeat oriri rabies, Quôd verò præ-

 dictæ

dictæ intemperies aliquid adjuvare posſint hujꝰ ſymptomatis productionem nō negamꝰ. Exempla haberi poſſunt apud *Codronchiū*. *Dein* ratio quoq; militare videtur: Quia rabies, tanquam ſpecies, ſub maniâ collocatur á Dd. jam verò conſtat: Maniam ab igneâ diſpoſitione Spirituum provenire &c. *Tertiò* atram bilem, tanquam humorem retorridum, peſſimum eſſe, & pesſimorum affectuum cauſam, eſt in propatulo. Sed non ſufficit illis, qui affectum hunc ab occultis derivant principiis. Nobis qnodammodo ſufficeret, modò à recentioribus non dubitaretur de hujꝰ humoris *exiſtentiâ*, de quo alibi. *Quartò* tandem quod ſpectat peculiares διαφθορὰς, ſeu corruptiones Sangvinis, & ſpirituum in cane, fateor, illas inferre aliquid, ſed non omne in quo poſſemus acquieſcere.

§. XII. Si enim ulterius de hujus peculiaris corruptionis *formali* quæratur, arripiunt demum omnes *proprietatem ſubſtantiæ* hujus veneni deleterii, ut habet *Codronchius*, vel occultam qualitatem, unde quoq; factum, ut retulerint inter *morbos totius ſubſtantiæ*. Inquiunt enim: Neminem adhuc eſſe repertum, qui hujꝰ veneni, vel morbi exin producti, rationem vel demonſtrationem à priori reddere potuiſſet. Quod etiam verum: Verum ſi h. m. argumentari liceret, etiam vis illa calefaciendi in igne, & humectandi in aquâ, proveniret ab occulto principio. Nemo enim adhuc demonſtravit à priori, cur ignis ſit calidus, & aqua humida magis, quàm, quare magnes ferrum trahat, vel ut huic negotio accommodemus, *cur venenum Canis rabidi producat hydrophobiam?* Ideò cum occultis hîc nihil habebimus negotii. Nā occultant res, & animos reddunt ſubinde incertiores. Sufficit nobis ſcire: *Omne venenum inſidiari vitæ, vitæq; præſidiis*. Hæ inſidiæ non ſemper ab occulto dimanant principio, ut falſò hactenus putatum, poteſt enim aliquid esſe venenum, etiamq; ut ſic, operari, etiamſi ſit calidum, vel ſiccum, vel ſumè frigidum, aut alio modo ſe habens, modò accedat corruptio illa, aut fermentatio p. n. quæ degenerare facit temperiem à bonitate naturali, & exoticam reddit naturæ iſtius animalis & aliorum, quibus communicatur, quæ peculiaris dicitur, quia ſpecies hujus peculiari

no

nomine vix donare ſemper valemus. Et quis, quæſo, dicere vellet, venena quæ ſunt calida, corroſiva &c. id præſtare virtute incognitâ? Ego non dicerem. Proveniunt hæc à natura & Temperamento veneni. Prout enim cujuslibet veneni *κρᾶσις* comparata, ita & operatur hoc vel iſto modo, in hanc vel illam partem, citius vel tardius, magis vel minus. Sic etiam comparatum cum veneno quod producit *hydrophobiam*. Quod ſi verò effectûs illos pro occultis habere velis, quorum rationes à priori reddere nequimus, omnia nobis erunt occulta, ſiquidem nullius ferè miſti naturam exactè cognitam habemus.

§. XIII. Excitatur autem hoc venenum in nonnullis à cauſis *externis*, v. g. ad *Corni, ſangvinariæ & ſorbi* contactum; refert namq; *Fracaſtorius*, ſi quis ſub arbore ſorbo jacuerit, vel ſomnum ceperit, qui aliàs commorſus fuerit à Cane rabido, quòd rabie afficiatur. Quod ipſum & proprio experimento confirmat *Gvainerius*, dum ſcribit: *Venenum illud quod decem vel octo annos latuerat, cùm morſus à cane rabido ſub umbra ſorbi tranſiret, ſeu permaneret, intra tertium cum deplorandâ vitæ jacturâ ſtatim actuatum.* Et *Matthiolus* habet, ſi commorſi à rabido animali ante annum exactum tetigerint vel *cornum*, vel *ſangvinariæ plantam*, eos inevitabiliter in rabiẽ incidere. Hujus effectûs tam mirandi putat *Codronchius* ſubeſſe latentem antipathiam, ſed, quæſo, cur non ſympathia ſubeſt? Nam ſimilitudo venenorum hic arguitur. *Joſephus de Aromatariis* hunc effectum ex manifeſtis diducit cauſis *vid. illum.* l. d. venen. c. 12. l. 1. c. 8. de rab. contag. part. 5. c. v. p. 71.

§. XIV. *Subjectum recipiens* eſt *corpus hu. humanum.* Et hîc nobis agendum de parte affectâ. Dùm verò de hac ſoliciti ſumus, non intelligimus primum morſûs vel ulceris veſtigium, hoc enim ſenſibus facilè patet, ſed illam ſedem, vel locum, ubi rabies fundatur. Hinc oritur quæſtio: *Utrum rabies ſit paſſio animæ, vel corporis?* Animæ eſſe, vix affirmabit is, qui impatibilitatem & immaterialitatem animæ pro fundamento habet, ſecus ille, qui hæc controvertit, & paſſionem hanc in animâ fundatam aſſerit, prout apud *Codronchium* videre eſt. Sed quicquid ſit: plerią; tamen oſtendunt, eſſe affectionem corporis. Et *Democritus* pro parte affectâ agnoscit *nervos*, quod interdum etiam verum, ob *convulſiones*, ſi præſertim vulnus fiat in parte nervoſâ. *Gajus, Herophili ſe-* lib. 1. p. 35.

 ctator,

ſtator, cerebrum cum *meningibus*. *Magnus Epheſius* varias agnoſcit partes, *Cor, cerebrum, ſtomachum, os ventriculi, diaphragma*, cui adſtipulatur *Artorius, Aſclepiadis aſſecla*. Dogma hoc revocaſſe viſus eſt *Helmontius*, ubi de hydrophobiâ loquens renovat ſuperiores opiniones, & quicquid hîc morboſũ à *deliro duumviratu* ducit, cujus imperio quoq; ſubjectum eſt *cerebrum*: Et hoc *jusduũviratus* ſplendidè & probabiliter quidẽ ab ipſo Autore vindicatũ; Sed quoniam calculum apud omnes nondum meruit, idcircò cõcludimus, quia omnes *affectûs* reſident in corde, *Cor principaliter eſſe affectum*. Dico *principaliter*, ne excludere videar *Cerebrum, nervos, &c.* quæ partes omnes in conſenſum trahi, & nimiopere lædi poſſunt. Quæ noſtra aſſertio facile cum *Helmontii* ſententia poteſt conciliari.

in Tr. d. Jure duum vir. 19

§. XV. *Modus* denotatur per *communicationem*. Communicari verò poteſt *contactu, eoq́, vel corporali*, vel *virtuali*. Prior fit 1. *Morſu*, ut affatim hiſtoriarum medicarum monumenta teſtantur. 2. *Salivâ*, quæ ſi fortè vel lambendo, vel etiã aliâ ratione aſſumatur, etiam citra morſum, rabiem cauſari poteſt. 3. *Oſculo*, vid. *Palmar.* 4 *halitu ſeu inſpiratione*, ut habent *Dioſcorides, Aurelianus* & alii 5. *Ungvibus*, vide *Hild.* Verùm vix credibile, quod venenum hocce etiam in extremis reſideat partibus, cùm in plerisq; vel omnibus venenatis, venenum in determinatâ parte hærere credatur. 6. *Contrectatione rabidorum*, vel *rerum à cane rabido demorſarum*, niſi quis hoc referre velit ad ſalivam. Sic Sartrix aliquando chlamydem morſu canis rabidi ſciſſam lambit, & hydrophoba ſtatim facta. vid. *Hild.* & *Zacut. Luſitanus.*

l. de contag. morb.
cent. chirurg p. 1125. & 1127.
vid. Matth. d. gradibus
cent. 1. fol. 99.

§. XVI. De *contactu virtuali*, ſeu operatione ad diſtans, dubitare videtur *Alexander Menjotius*, fortè, quia ſecundum ipſum, venenum hocce ſegnius & lentum, item, quia rara ap. Autores de hoc proſtant exempla. Sed ſciat, præſuppoſitum prius eſſe adhuc controverſum, alterum verò nihil inferre. Quid enim reſpondet ad exempla, ubi plures non rabidi ex μιάσματος communicatione, aëri factâ, ex improviſo omnes ſtatim rabire deinceps cœperunt? *vid. Hildan.* Itaq; licet communicatio per contactum phiſicũ ſit frequẽtior, per hũc verò rarior, poſitioni tamẽ noſtræ nihil detrahit. Pluribus poſſet ſtabiliri, ſi cum aliis *Spiritum mundi* pro fun-

l 5. Pr. Med. hiſt. 12. f. 84.
diſſert. de hydrophobiâ.
obſerv. Chirurg. p m. 1127

fundamento ponere vellemus, ſed ſtudiò hæc præterimus, ne novatores videamur.

§. XVII. Et hiſce modis quidem potisſimum deleteria virtus inſinuari poteſt, ſed quæritur non immeritò, *quî venenum hoc tàm citò naturam noſtram pervertere, & in rabidi canis qſ. convertere posſit?* Veteres multum diuq; in hoc problemate reſolvendo deſudarunt, ſed *certi* nihil concludere potuerunt. Et quidem de *morſu* præſertim profundiore, & ubi venæ vel arteriæ majores ſunt ſitæ, per quas citò ad cor penitrare poteſt, res eſt extra dubium, ut & quando de halitu & ſalivâ, quæ à nonnullis quaſi animata creditur, ſermo eſt. Facilè enim tunc fieri poteſt, ut virulentia iſthæc inſpiratione attrahatur, & dein ſangvini pro Spiritibus vitalibus elaborandis permiſceatur. Sed hæc quidem ita dicuntur, citra veritatis etiã defectũ; modus tamen, quo iſthæc *converſio* vel *everſio* fit, non ſatis clarè exprimitur. Ideò perplacent nobis *Neotericorum* aſſerta, qui beneficiô variorum *fermentorum*, variorum quoq; in naturâ effectuum rationes egregiè explicant.

§. XVIII. *Helmontius* admodum nervoſè, pro ſuo tamen more, i. e. ſpeculativo maximè, operationem venenorum delineat, & præprimis *rabidorum*. *Præſupponit* enim quod omnia, ſive medicamenta, ſive venena ſint, operentur *irradiativè*, vel per modum luminis, & penitrent quaſi lumen vitale, quæ penitratio unitione fermentali facta, fieri non poteſt citra mutationem noſtri, ſervatô tamen modô propagandi & penitrandi, juxta proprietates ſeminum, ſervatâq; activitatis Spherâ, veneno cuiq; propriâ. *Nam,* ſubdit, *quædam ſubitò ſe propagant in totum, & necem mox inferunt, alia verò topicum venenum exercent, eò quod horum proprietas, etſi penitret ex naturâ veneni, ſe dilatet tantùm juxta præſcriptum ſui veneni* Tandem ita concludit: *Cogitabam ergò pridem, an morſus rabidi deferret in ſalivâ quãdam ſigillarem phantaſiam quæ noſtram, velut ſuum patiens, in ſe converteret, formaretq; ſibi propriam luminis proprietatem, effectricem hydrophobiæ? an verò Archeus noſter ſibi fabricaret imagines virulentas propriâ ſponte? at tandem iſtà diſputatio ſolius nominis mihi viſa. Quippe inveni in ejusmodi luminoſis actionibus connexionem unitatis in puncto cauſæ ſcilicet occaſionalis, & efficientis noſtri Archei, eò quod per modum luminis ſe penitrent, &* in magn. oportet.

uni-

uniant radicaliter, abſq; ullâ diſtinctione aliâ, quàm terminorum relativorum.

In aditu ad occultas ſympath & Antipath. cauſas inveniendas

§. XIX. Clarius de hoc ipſo themate audire poſſumus Scotum illum, *Sylveſtrum Rattray*, qui ita diſſerit: In omni compoſito ſunt tria, *forma, materia* & *fermentum*. Ergò omnes operationes miſti, vel qualitates, ab hiſce tribus, vel à nihilo, proveniunt. *A formâ* non poſſunt oriri diverſæ operationes, quia hæc (ut alibi demonſtrat) eſt in omnibus (excepto homine) eadem: pariter *materia* in omnibus eſt eadem, ergò nec â materiâ. Igitur à *fermento*, tanquã ſcaturigine, fluant odores, colores ſapores, proportiones, vis attractiva, repulſiva, ſympathetica, antipathetica &c. neceſſe eſt, vel concedendum, à nihilo oriri, quod inauditum Quod autem à *fermento* procedant, ita probat: Aqua ante fermenti adventum neq; ſapida, nec odorata, nec colorata, neq; tot diverſis proprietatibus prædita, nec electivè purgans, nec deleteria, nec antidotalis, nec cephalica &c. erat, ſed pro diverſitate fermentorum, quibus nubit, capax eſt recipere myriades ſignaturarum. Nunc fiat applicatio ad *hydrophobiam* Quando igitur anima hominis ſenſitiva à Cane rabido demorſi, eaſdem habet operationes, quas canis rabidus, & in demorſo non ſolum vitales ſed etiam naturales, actiones mutantur, ut videre eſt in hydrophoborum urinis, vermibus ſcatentibus, catulis non diſſimilibus, fatendum eſt, vel duas in illis eſſe formas, vel eſſe formam canis rabidi, â quâ tales operationes proveniant, aut fatendum erit, operationes canis rabidi non ab ejus formâ dependere, ſed æquè ab alius animalis; aut concedendum erit, animam canis non eſſe in ſaliva ejus, & ſic non poſſe tranſplantari, & ſic per conſequens concludendum: Quia anima ſenſitiva ubiq; eadem, & citra naturæ everſionem non poteſt tranſplantari ab uno in aliud animal, omnem diſtinctionem operationis provenire à *diverſis fermentis*, quæ formam rerum reddunt ſequaces, & pro diverſitate eorum diverſificant etiam operationes.

§. XX. Nunc quia res per fermenta in ſe invicem agunt, vel *adjuvando*, vel *deſtruendo & ligando*, vel tandem *transmutando*, ut idem demonſtrat, non amplius erit difficile, etiam quoad hoc, *hydrophobiam* declarare. Quemadmodum enim v. g. in panificio

ficio fermenti grana aliquot inficiunt contagiô ſuô maſſam farinæ maximam, & in ſuam naturam transmutant: Sic etiam ſaliva canis rabidi in minimâ quantitate mutando humores, Spiritus, partes, & conſequenter actiones hominis, inducit hydrophobiam. Nam ante morſum Spiritûs hominis erant placati, adveniente verò fermentô hydrophobicô in ſalivâ canis gliſcente; ligantur vel deſtruuntur hominis fermenta, & in illorum vicem ſubit prædictum canis, pro cujus naturâ commorſi adſumunt canis mores, geſticulationes, latrando, ringendo, & aquas timendo.

§. XXI. Demonſtratô ſic emphytiſmô, quô canis venenum in homines transfundi poteſt, & nihilominus, quoad energiam, nunc citius, nunc tardius actuatur, non immeritò hic aliquis quæreret (1) *an certus ſit terminus hujus veneni quoad operationem? (2) cur tamdiu interdum lateat?*

§. XXII. *Prius* quod ſpectat, dicimus: quod non. Nam licet dicant: quod delirio hoc corripiantur demorſi die ad ſummum *vigeſimâ*, repugnant tamen *hiſtoriæ* Medicorum, quibus contrarium ſatis ſuperq; poteſt demonſtrari, uti videre erit in *Codronchio* l.1.c.5. & *Mercuriali*. Et uti aliorum venenorum in operando *latitudo* citat.loc. cernitur eximia, ſic & hujus. Accedit, quod principium rabiei, præſertim quando per contagium, vel fomitem transplantatur, tàm accuratè obſervari non poſſit, quò fit, ut terminus etiam operationis exactè haberi non poſſit.

§. XXIII. *Ad poſterius* reſpondemus ex *Helmontio*: quod venenis hoc ſolenne ſit, nunc citius, nunc tardius operari, quemadmodum in *Theophraſto* etiam legimus, apud Scythas quasdam radices mortiferas reperiri, quarum aliæ confeſtim, ubi fuerint deguſtatæ, aliæ poſt interimunt, & harum aliæ celerius, aliæ tardius, ita, ut nonnullos tabe paulatinâ conſumere videantur. Sic virulẽtia luis venereæ, morbillorum, & variolarum ſatis diu interdum latitat, antequam activa redditur; dein *artificiô* quodam venena ita poſſunt præparari, ut ad ſtatum temporis intervallum operentur. Sic *Hermolaus Barbarus* habet: *Aconiti* radices ita præparari poſſe, ut biennio, anno, menſibus ſex, tribus, duobus, uno interficere queant, & *Amatus Luſitanus* refert: Turcas & Indos, qui venena ſcitè admodum tractant, ad determinatum tempus ita

l.9. de hiſt plant. cap.15.

l.4. corall. in Dioſc c.99.

cent.6. curat. 88.

B dextrè

dextrè & artificioſè concinnare, ut rarò ſuis fruſtrentur votis. Pari ratione comparatum eſt cum virulentiâ rabiei, ubi enim venenum in cane rabido forte, & excellens non eſt, levis & tarda interdum ſubſequitur operatio, præſertim ſi levis & ſuperficialis accedat commorſio; deinde ubi viſcera adhuc ſunt robuſta, Spiritûs maximô conatu averruncare conantur hujus deleterii energiam, usq; dum ſucceſſivè, aliis cauſis accedentibus, etiam cordis & corporis conſtitutionem quaſi penitrat, & invertit. Quorſum etiam ſpectat prava *victûs* ratio, varia *climata*, ſub quibus demorſi degunt, variæq; individuorum *idioſyncraſiæ* &c. quæ omnia ubertim explicata inveniuntur apud Practicos.

§. XXIV. *Conſequentia* ſuperſunt. Unicum quidem poſitum fuit ſymptoma in deſcriptione, ſc. *liquidorum omnium, & aquæ potiſſimum, abominatio*, ſed ſciendum, quod horum non habeatur certus, vel definitus numerus, ſiquidem prout venenum magis vel minus exquiſitum, aut exaltatum in ſe; item: quò locum nobiliorem infeſtat, eò funeſtior ſolet eſſe ſupervenientium acciden-
l 1. d. princip. Med. hiſt. tium ſylloge, quæ poteſt videri in *Zac. Luſitano*, & infra etiam, ubi agemus de ſignis. Ideò examinabimus nunc ſolùm propoſitũ accidens; nimirum *hyrdophobiam*, ſeu *liquidorum averſationem*, ubi *Codronchium* parùm obtinere video, quando negat: Rabientes liquida metuere, ſed ſolùm abominari. In unum enim res re-
l 5. c 27 cidit, eſtq; ut *Celſus* habet, miſerrimum morbi genus, in quo æger & ſiti, & aquæ metu ſimul cruciatur. De hac itaq; *hydrophobiâ* quæritur: *an ſit character rabiei*, vel ſignum inſeparabile? Aff. &
l. 5. hiſt. 13. probatur prolixè à *Zacuto*, quia rabiem perpetuò, & ſemper comi-
obſerv. p. 943 tatur, & præter rabiem nullum alium affectum. *Schenkius* tamen ex *Salio Diverſo* negat, quia appetunt potius, quàm reformidant, dum inquit: *Præcipuus hujus morbi character non eſt aquæ timor, quemadmodum Antiqui ſunt opinati, eum ὑδροφοβίαν appellantes, cùm hi aquam non timeant, ſed læſionem & cruciatum internum ab aquâ inductum.* Verus itaq; potius character erit, *ad humidorum oblationem vel ſumtionem magnopere lædi & cruciari adeòq; affligi, ut hæc perhorreſcant & abominentur, ab his ſe ſuffocari putantes, ut hinc ea refugiant.* Quibus optimè quidem rei natura explicatur, ſed quoniam *hydrophobiâ* ejusmodi cruciatus ex oblatione liquido-

rum

rum intelligimus, alioq; vocabulô magis idoneô deſtituimur, ſtamus à parte *Zacuti*, non obſtante hiſtoriâ *Vidii*, quâ demonſtrare conatur, eſculenta etiam à rabioſis reſpui, poteſt enim fieri, ut intenſivè factô deliriô, plenaria ſubſequatur appetitûs dejectio, quam *Joſephus de Aromatariis* aliàs inter ſigna refert. Part.2.ſect.2. c.6.

§. XXV. Et hæc de *hydrophobiæ* naturâ ſatis intricatè ab Autoribus diſputantur. Poſſemus autem hoc labore operoſô ſuperſedere, ſi opiniones *Joſephi de Aromatariis* arripere vellemus. Hic enim in libro de *rabie contagioſâ* exactè probat, quod ipſa *rabies*, vel *hydrophobia*, nihil ſit aliud, quàm *Cynanche*, vel *angina contagioſa*: quia ea animalia, quæ afficiuntur rabie, inſimul laborant anginâ, fitq; hoc iiſdem prorſus temporibus, ab iiſdem cauſis, adſunt etiam eadem in rabie ſigna, tàm diagnoſtica, quàm prognoſtica, quæ in angina. Hoc, inquam, ſtante, facillimè ſymptomatis hujus graviſſimi, *hydrophobiæ* putà, poſſemus reddere rationem. Nam ob inflammationem & præcluſionem faucium, etiam ſi ſitiant, bibere tamen abhorrent. Sed hæc ſententia illi forſan videbitur paradoxa, qui prædictum Tractatum nunquam evolvit. Evolvat autem, & oppidò deprehendet opinionis allatæ veritatem: Nos intereà reliqua, quæ pro & contra in hoc puncto afferri poſſent, reſervamus diſcurſui publico. l.c. part.3.&4.

§. XXVI. Nunc properandum ad ſigna *diagnoſtica*, quæ ſunt vel *imminentis*, vel *confirmatæ rabiei*.

§. XXVII. Ad *priora* pertinet quoq; cognitio, utrum vulnus inflictum ab animali rabido provenerit? Idcircò *Dioſcorides* varia canis rabidi proponit ſigna, quæ tamen præciſè huc non ſpectant, videat illa B. L. apud *Joſephum de Aromatariis*, præprimis verò averſantur canes rabidi aquam & liquida, nec ſonitum eorũ interdum tolerare valent, ut unanimiter hactenus obſervarunt, non obſtante obſervatione, quam habet *Salmuth*, nihil enim probat. Et quia vulnus à rabido inflictum parùm, immò planè non differt à nõ rabidi animalis vulnere, varia *experimẽta* invenerunt, quibus vulneris venenati certitudinem venari conantur. Sic, ſi ex juglandibus. (*Apulejus* commendat triticum) prius morſui per noctem appoſitis, animal deſubito, cui objiciuntur, moritur, animal procul dubio rabie vexatur, item: ſi panis ſangvine, qui è part.1.c.3.p.13 cent.3.obſ.90

vul-

l.20. de vené. c.12. vulnere manat, imbuatur, & famelico cani porrigatur, dicunt: eum non ſolùm averſari, ſed ne quidem olfacere audere, quod *Paræus* pro certiſſimo habet ſigno, quia odora canum vis admodum inſignis, & certa, quâ virus etiam animalis conſimilis oppidò poteſt percipi, & interdum etiam ipſa olfaciendi ſagacitas morſu ipſo etiam alteri communicatur, ut habet *Borellus* de quodam commorſo, qui accedentes amicos è longinquo, licet eos non videret, olfactu poterat diſtingvere, & dicere: talis amicus nunc venturus.

cét 3. obſ. 68.

§. XXVIII. Verùm hæc, & ſi quæ ſunt alia hujus commatis experimenta, in re tam dubia, ut *Zacutus* ait, & tot periculis plena, fidem omni ex parte non merentur, ideò alia etiam ſigna, quæ in demorſo apparent, ſunt conjungenda. Oritur autem ſtatim *anxietas circa præcordia, iracundia citra objectum externum, vellicatio ventriculi, gravitas totius corporis, impotentia ad omnes actiones, timor ſine causâ manifeſtâ, tinnitus aurium, dolor interdum capitis, parvum bibendi deſiderium citra conſuetudinem; Ægri ſecum loquuntur, & murmurant.* Tandem in vulnere curato poſt longum intervallum *dolor reſiduus*, cum *vertiginoſâ affectione*. Sunt etiam alia, quæ tamen omnia enarrare vix poſſumus, nec omnia in omni commorſo præſtò ſunt, ſed nunc hoc, nunc aliud. Habet enim æquè ut alia venena, ita & hoc ſuam latitudinem.

§. XXIX. *Factæ* vel *confirmatæ* jã ſunt vehemẽtiora. Adeſt *membrorũ, crurum, brachiorum & pudendorum diſtenſio, articulorum ſtupor, jugis oſcitatio, corporis & faciei rubor, Spuma circa os, oculorum inflammatio, dentium ſtridores. Ipſi patientes adſpectu ſunt terribiles aquam, omnia liquida, & eorum ſonitum averſantur*, imò, ut *Eudemus Themiſonis ſectator* refert, quidam *hydrophoborum* ne lacrymas *proprias videre potuerunt; in proximos exſpuunt, quidam canum more latrant, ringunt, obvios quosq; dentibus impetunt, & dilacerant, & quidem præter voluntatem interdum.* Narrat enim *Gentilis*, adoleſcentem quendam rabioſum matrem hortatum fuiſſe, ne ſibi propinquaret, ſiquidem ſe continere non poſſet, quin appropinquantes morſu invaderet. *Febricitant ex his nonnulli*, ſi fortè in temperiem ætatis calidam morſus rabidi incidat. *Pulſus eſt*

Schenck l. 7. de venen. ex nim. p. 945.

par-

parvus & inordinatus, ob Commotionē Sangvinis, & turbatam cordis œconomiam. *Vox eſt rauca, reſpiratio difficilis, lingva exerta, vomitûs bilioſi, convulſiones, ſingultus, gonorrhœa, alvus ſuppreſſa, urina guttatim excernitur, & nigra, in quâ non rarô imagines canum repræſentantur, ſed etiam corpuſcula carnoſa, canum effigie donata, interdum etiam animalcula catulis ſimilia, in eâ conſpiciuntur.*

§. XXX. Quæ omnia plurimi pro *figmento* habent, & tanquàm ridicula rejiciunt, videndum tamen, ne veritati aliquid derogemus. Quod enim depravata phantaſia aliquando ejusmodi canis effigiem in urinam, vel potulenta imprimere posſit, nemo ibit inficias, qui vires ejus habebit cognitas. Nihil enim eſt, ſecundum *Cardanum*, quod imaginationis vim & virtutem magis declaret, quàm canis rabidi morſus: qui enim rabiem concepit, ſe canem eſſe imaginatur. Quod etiam ob colliquationem pinguedinis & abraſionem interioris tunicæ veſicæ in quibusdam individuis, ob alios morbos, ejusmodi carunculæ in lotio conſpiciantur quibus imaginatio depravata canis effigiem impresſit, etiam tàm imposſibile non eſt. Nam qui à *phalangiis* ſunt commorſi, in illorum urinis innatant ſubſtantiæ tenues, & aranearum telis perſimiles.

§. XXXI. De ultimo magis dubitant, *utrum reverà in lotio rabidorum generari posſint ejusmodi animalia, quæ catulis ſunt ſimillima.* Non pauci ſunt, qui *negant* & hæc pro fabulis habent. Si enim non videre, nec guſtare poſſunt liquida, quî ſciunt, eſſe in urinâ ejusmodi canes? Idcircò cum *Codronchio* dicunt, hydrophobos hoc prætendere, ne bibere cogantur. Sed concedam hæc: quid verò reſpondebunt illis (1) qui obſervarunt per urinam ſcarabæos, vermes, rejectos fuiſſe? (2) quid ad *Plutarchi* hiſtoriam reponent, qui recenſet Athenis ephebum cum multo ſemine ejeciſſe beſtiolam aſperam, cum multis pedibus ambulantem? (3) quid *Theophraſto* opponent, qui aſſerit, tàm in cane rabido, quàm homine ab eo commorſo, in anteriore capitis parte vermes provenire? Novimus quidem, quod *Senecæ* axioma pro fundamento habeant, dùm ait: *nullum animal venenatum verminat, niſi fulmine prius tangatur*; Sed nimis incertum videtur. Licet enim poſtquam fulmine icta ſunt, verminoſa progenies in illis procedat

8. Symp. Probl. 9.

l. 2. Q. N. c. 31.

dat, non tamen actutum verum erit, quod nullum animal venenatum verminet. Unde enim hoc firmiter probari poſſit? non video. Si enim ſaliva canis rabidi hoc ſeminium ad verminationem caninam in ſe continet, ut peculiari obſervatione *Salmuth* confirmat, quidni etiam accedente phantaſiæ vitio, illud ulterius propagari, ulterius efformari, & urinæ communicari poterit? Equidem hìc *putredini animatæ* patrocinium non præſtabo, non tamen etiam prorſus denegabo. Nihil enim novi aut paradoxi in ſe complectitur, modò non excedat *limites*. Nam quemadmodum imprudenter illi agunt, qui omnes morbos à verminatione dependere putant, *mortemq;* ipſam ſemper beſtiolam aliquam eſſe autumant: ſic etiam hi parum laudis merentur, qui negant, quod ſenſibus quotidiè ſubjacet. Si enim ex putredine legitimè diſpoſita extra corpus humanum poſſunt oriri varia vermium & inſectorum genera, quidni & in corpore? Exemplo nobis ſunt lumbrici, chirones, vel ſirones, aſcarides, &c. Sed ſatis de hâc materiâ, quicquid etiam alii dicant:

c.2.obſ.88.

§. XXXII. Poſt *diagnoſtica* etiam adducunt *diſtinctiva*. Et quia rabies cùm *phrenitide* & *maniâ* magnam habere videtur cognationem, ne confundantur, ita diſcriminant (1) *phrenitici* detinentur febre continuâ, fugiunt omnium conſortia, & potius ſunt *pantophobi*; *rabidi* non item, ſi verò febre aliquando corripiantur, rariſſimum illud eſt, ut diximus, nec, ſi adeſt, adeſt ratione rabiei, ut monet *Codronchius*, ſed reſpectu aliarum cauſarum (2) Sic â *maniâ* differt *1. cauſis, 2. accidentibus. 3. Termino vel modo.* Nam *mania* certo reſpectu annumeratur chronicis, rabies verò, ſeu *hydrophobia* acutis affectionibus. vid. *Codronch.* & *Mercurial.*

l. 1. c. 6 d. venen. canis rabid. c. 6

§. XXXIII. *Prognoſticorum*, ut habet *Mercurialis*, tanta non eſt copia. *Generale eſt* hoc: quia *eſt ex acutis* idcircò citò *vel ad ſalutem*, vel *ad mortem* terminatur. Ad *ſalutem* quidem, ſi (1) *rabies fuerit per* contagium (2) ſiq; *hydrophobia auxiliis debitis ſtatim averruncata*, (3) *Si juxta Avicennam patiens in ſpeculo ſuam imaginem adhuc cognoſcat.* (4) *Si pus & ſudor copioſus ex vulnere promanent.* (5) *Si urina nigra excernatur.* (6) *Si vulnus non nimis ſit profundum, nec in parte nervoſâ, vel valdè nobili, modò remedia tempeſtivè etiam adhibeantur.* Ad *mortem* verò ut plurimum (1) *quan-*

do

do ſtatim hydrophobia immediatè ab animali rabido provenit. Et rariſſimum eſt, ſi ægri quartum diem effugiant. Nam teſte *Scribonio Largo*, quibus aquæ timor accidit, hos ſummo cruciatu ad mortem compellit. (2) *Funeſtum quoq; Signum eſt, humi ſe volutare. Paræus.* (3) *Si ſtatim accedat ſingultus, tunc nulla ſpes eſt convaleſcentiæ.* Ultimô *ſyndrome ſymptomatum* attendenda, quæ *prognoſin* ſtatim ſuppeditare valebit. p. 439.

§. XXXIV. Pergẽdum nunc ad mali eradicationẽ, quã ſuppeditant nobis *indicationes, præſervatoria* partim, quæ ſumitur à cauſâ, *curatoria* partim, & propriè ſic vocata, quæ à morbo vel ſymptomatis urgentibus. Notandum verò hìc in anteceſſum, quod omnia fruſtrà tententur, nî ſtatim in principio ſoliciti ſimus de mali hujus ſuppreſſione, & quando quaſi adhuc germinat. vid. *Senn.* d. rabie p. 437

§. XXXV. *Præſervatio* mera in ſe ferè comprehendit præſidia chirurgica, & primò quidem *ligaturas*, quas *Galenus* pro remedio præſentaneo adducit. His veneni vis intercipitur, ne ad interiora progrediatur, præſertim ſi fuerint *ſtrictæ*, & quidem ſupra partem affectam ſpatio 3. vel 4. digitorum inſtitutæ. Dixi *ſtrictæ*, excludendo *ſtrictisſimas*, quæ partem faciunt torpidam, & hæ ſunt *vitandæ*. vide *Celſum*. An verò *ligaturæ* veneni tranſitum ad interiora poſſint impedire, hìc non diſputabo; videtur enim, uti communiter creditur, *Spiritualitas* veneni reſiſtere. Sed de hoc alibi. Quia verò omnes partes non admittunt *ligaturas*, ideò adſtringentia vel potius intercipientia adhibenda, quæq; ſimul habent vim alexiteriam, ut præter vulgaria, *terra ſigillata, terra ſancti Pauli*. Quidam utuntur etiam *opio*. Poſſunt hæc redigi in formam linimenti, & loco ceræ, albumen ovi ſumi, quia, uti monet *Codronchius*, viſciditate ſuâ magis adhærere facit medicamentum parti affectæ. l. 3. d. loc. affect. c. 7. l. 5. c. 27. vid de Aromatariis p. 61

§. XXXVI. Poſtea conducit quoque adhibere *cucurbitulam* cum magnâ flammâ ſi patiatur partis affectæ conditio *cum* vel *ſine ſcarificatione*, ut virus extrahatur. *Vid. Celſus.* Dico (1) *Si partis conditio admittat*. ſin minus: ſolæ *ſcarificationes*, eæq; profundiores, proſunt, vel loco earum *hirudines* cautè & legitimâ ratione applicatæ (2) *ſine ſcarificatione*, quod additur ratione morſûs vel vulneris. Nam, ſi vulnus ſatis ſit amplum, omitti poſſunt, l. c.

ali-

aliàs inflammatio excitari, & veneni extractio impediri poteſt. Si verò fieri debent *ſcarificationes*, fiant vel in vicinis, vel in affectâ parte, ſervatis vulnerum & partis læſæ circumſtantiis. *vid. Codronch.*

p. 139. §. XXXVII. Non raro & vulnus amplificandum, ut virulentia emanare poſſit. Modum vide apud *Sennertum*, cautè tamen hìc vagat Medicus per Chirurgum, attendendo partes, earumque vaſa, nec ex hac ipſâ amplificatione vitam ponat in anguſtias. Quod *amputationem* partium ſpectat, quæ nonnullis in uſu eſt, planè rejicimus, nî jam fortè adſit *gangræna vel Sphacelus*. Licet enim ſit potentiſſimum, non tamen ſemper neceſſarium eſt præſidium. Omnia ſiquidem ſapientem prius experiri *conſilio* oportet, quàm *armis*.

§. XXXVIII. Pari ratione *exſuctionem* veterum per mancipia, repudiamus, tanquam medium illegitimum, & ordini Chriſtiano contrarium. Autores modum & vias quidem monſtrant, quibus ejusmodi ſervus queat immunis reddi; res tamen periculo non vacat: potius alia *animalia deplumata*, ut faciunt communiter, apponantur.

§. XXXIX. *Attractio* quoque veneni fit per medicamenta potenter attrahentia, & vim alexipharmacam obtinentia, qualia habentur in Praxi *Sennerti*, aliorumvè. *Paræus* pilos canis rabidi vulneri apponere jubet, tanquam ſingulare, quod virulentiam extrahere valeat. Sed quoniam, ut rectè monet *Codronchius*, principium operationis hujꝰ veneni exactè cognitum nobis non eſt, & intereà virus ulterius ſerpit, præſtat ſtatim ad *uſtionem* accedere.

l. 2. d. venen. c. 14.

§. XL. Peragitur potiſſimum, & tutius, igne *actuali*, quàm *potentiali*, ſi partium conditio admittat. Monendi vêrò hìc ſunt Chirurgi, ut eam *rectè* adminiſtrent, nec ſuperficialiter partes adurant. Nam, ut obſervationibus aliquot obſervavit *Hildanus*, hac ratione (1) non ſolum venenum ſufficienter non extrahitur, hinc *hydrophobiæ* metus, ſed etiam (2) ulcus ante terminum conſolidatur, vel coit, quod, quàm pernicioſum, vide ap. *Galenum*. Audacter itaq; & ſatis altè pars adurenda, præſtatq; hìc in exceſſu, quàm defectu, peccare. Nam quia hæc affectio eſt extrema,

cent. obſ. p. m. 1129.

ex-

extremum quoq; requirit remedium. Danda tamen ſimul opera ut *eſchara* aduſtione producta, removeatur, ne vel venenum ſub eâ diutius latere, vel ulcus etiam degenerare poſſit. Hac enim ipſa *eſcharæ* remotione, ſangvis ſubinde novus affluit,& emittitur, & ſic pars ab horrendo rabidi veneno liberatur.

§. XLI. Ubi verò partis natura, ut *ſupra* innuimus, hanc aduſtionem non fert, vel ipſe patiens actualem ignem reformidat, *Celſus* ad vehementer *exedentia*, vel *ſeptica* confugere jubet. Laudatur hìc præ cæteris ☿🝞t9 & 🝟tatus: virulentã enim ſaniem penitus evocat, nec vulnus citò claudi permittit. vid. *Paræus*. Pertinet huc etiam ☾ *cauſtica Poterii*. Reliqua vide in ſuis locis. Faber ⁖o☿▽ fortem Belgæ halecem ſalſam imponunt. l.c. 1 c p.438 c I. obſ 37. Chirurg. 991 Helmõt. 128.

§. XLII. Idem *Celſus* novæ hìc controverſiæ anſam ſuppeditat dum ait: *Si locus affectus uri non poteſt, ſangvinem homini mitti, alienum non eſt*. De hoc quid ſtatuendum, paucis diſpiciendum. Sunt pro *affirmativâ* rationes & argumenta favorabilia, ſunt itidẽ pro *negativâ*, cui etiam nos adhæremus. Nam licet per *hirudines* & *ſcarificationes* ſatis copioſè ſangvis evacuetur, non tamen vires tantopere dejiciuntur, quàm ipſâ *venæ Sectione*. Quæ ratio unica nos quoq; movit, ut illam tantopere non commendaremus, niſi forſan extractô penitus venenô (cujus ſigna vide apud *Sennertum* & *Codronchium*) plethoræ gratiâ, quæ in demorſo eſſet, illam inſtitueremus. Et hæc præſervationis ergò; interea non ſunt *alexipharmaca*, cum diaphoreticis miſta, negligenda, ne virus intrò repat. De quibus in ſeqq. l. c.

§. XLIII. Quod attinet *lotionem* vulneris, & ejusdem mundificationem *cum urinâ propriâ*, ut vult *Hœferus*, per *ſalſamenta*, *Spiritum vini*, *theriacalia &c.* vid. apud Chirurg. hinc inde. Omnes enim formulas hîc transſcribere non libet. Herc. Med. p 222.

§. XLIV. Sequitur *curatio* propriè ſic dicta, in quâ, ſi præter opinionem venenum latius jam ſerpſit, quàm ut evocari poſſit prædictis præſidiis, item, ſi labiis, vel lingvâ interioribus ſit communicatum, proſunt *purgantia*. Litigant hîc Autores, ſed lites haſce puto *ſublatas*, per duas præmiſſas in principio hujus paragraphi *conditiones*, vide plura de hâc controverſiâ apud *Sennertũ* & *Codronchium*. Qualia verò cathartica debeantur, inquirendum.

l.c.c. 15. dum. *Paræus* ita diſſerit. *Quibus nondum facultas animalis rabioſi veneni malignitate obſeſſa tenetur, his validiores purgationes ſunt exhibendæ. Levioribus catharticis ſperare ſe efferam hujus veneni malignitatem viſceribus jam admiſſam expugnare, extremæ & perículoſæ eſt dementiæ.* Non ſolùm autem ad iſta δραςικὰ, ſed ſimul ad ea quoq; reſpiciendum, quæ habent vim alexiteriam,

§. XLV. Palmam hìc obtinent, quæ præparantur ex *Elleboro* tàm albo quàm nigro, præmiſſâ debitâ corporis præparatione. In uſu nobis ſunt *pilul*, *extract.* & *Eſſent.* De hac ita *P. J. Faber*: *Excellit omnes virtutes herbarum in conſervandâ eſſentiâ humani corporis in vigore ſuo & virtute.* Referuntur huc ex *Elaterio*, *colocynthide* omnia, utpote in quibus non exigua Sangvinem purificandi & renovandi facultas. Item omnia *antimonialia*, modò ritè cōfecta. Laudatus Autor extollit etiam *Eſſentiam agarici*, quia balſamum naturale in virtute & robore ſuo conſervat. Et quemadmodum ſuo ſale balſamico verminationem in corpore avertit, ſic etiam hanc putredinem ve corruptionem, quæ ab hoc veneno oriri interdum ſolet. De *eſſentia elaterii* vide *Morellum*. Qui verò hæc, tanquam nimis violenta, reformidat, nihil facit aliud, quàm quod malum in patientibus adaugeat.

[Margin: .2. myrothec p. 541. — l.c.p. 560. — de materia Med. p. 67. 68]

§. XLVI. Num etiam *vomitoria* hic proſunt? *Joſephus de Aromatariis* cum *Salio Diverſo* interdum concedit, præſertim quando *pandiculationes* adſunt. Nos, quia in *rabie ut ſic*, nullam videmꝰ indicationem, ſilemus, dixi: *ut ſic*, ſi enim fortè fortuna indicatur, nemo diſſuadebit emetica.

[Margin: part. ult. p. 67 68.]

§. XLVII. *Ad diaphoretica* nunc properandum, quæ cum *antidotis* ſemper miſceri debent: quia verò pleraq;, quæ ſunt *antidota*, depromta ſunt ex claſſe *diaphoreticorum*, ideò B. L. de horū materiâ ſit ſolicitus in promtuariis. Præſtat hìc paucis & comprobatis agere medicamentis, quàm multis, & incertis. Primas hìc obtineat, *diaphoreticum Paracelſi in peracutis*, *tinctura bezoart. cum Spiritu vel eſſentiâ* ♋. aut *eſſentiâ Alyſſi*, mixta &c. Quid verò videtur de *opiatis*? Sudores quidem movent, ſed depauperant Spiritus inſimul, ut habet *Rattray*, ideò à nonnullis diſſuadentur, ſed perperam.

[Margin: l. c. p. 67]

§. XLVIII. *Medicamenta*, quæ *virtute Specificâ* hoc malum tollere creduntur, ſunt vel *ſimplicia*, vel *compoſita*.

§. XLIX.

§. XLIX. Inter *Simplicia* ex *vegetabilibus* refertur omnium
conſenſu *Alyſſum*, planta ex thlaſpios genere, ita dicta, quod lyſſæ,
ſeu rabiei medeatur, quod impugnat *Rembertus Dodoneus*, qui, ſin- Pempt.1.l.4.
gultum tollere, non rabiem, ſtatuit. Sed fruſtrà. Jamdudum c.3.
enim ab ipſâ experientiâ, aliisq; autoribus convictus eſt. De *E-*
lectione vide pluribus *Codronchium*. Habemus in officinis *eſſen-* l.2 c.5.p.164.
tiam, & extractum alyſſi, quæ ritè cum diaphoreticis, uti dictum,
miſceri & exhiberi poſſunt *Paulus Renealmus*, præ miſſo *decocto* obſ.134. 135.
lyſſodamo, hujꝰ extracti vel Eſſentiæ exhibet gtt. vj. vel viij, ſed doſin 136.
nos *adaugere* poſſumus. *Ferneliꝰ* experientiâ propriâ edoctꝰ præ-
fert, vel certè, quoad vires, adæquat *alyſſo rubiam tinctorum*, cujus
eſſentiam vide apud *Petr. Poterium* ut & *Sal* ejusdem mirâ facultate
præditum. obſ.p.55.

§. L. Refertur huc etiam (1) *Cynorrhodon* de cujus inventione
contra hoc malum, vide plura apud *Schenck* Spongia Roſæ caninæ
à Joſeph. de Aromatariis laudatur in glomis hujus plan- p. 66.
tæ vermis naſcitur, cujus Spiritus vel eſſentia à multis quoq; præ-
dicatur in hoc affectu, ſed quis copiam vermium habebit ad hanc
præparationem? Paris efficaciæ judicatur (2) *Pimpinella* commu- in cenſu ve-
nis, vide *Prævotium*, & *Palmarium*. (3) *Oxalis*, ejusq; decoctum (4) nenorum.
Oxylapathum, cujus ſolius decocti uſu multos ſe incolumitati re- l.de morb cō-
ſtituiſſe, prædicat *Paræus*. (5) *Porſonata*, quæ eſt lappæ ſpecies, ſi- tagioſ. l.20.d.venen.
ve Arcii, & ad Petaſitidem pertinet, quando *Perſonata* vel *Perſola-* c.14 Prævotiꝰ
ta Plinii intelligitur. Alia vide alibi. l.c.

§. LI. *Ex animalibus* varia quoq; ſunt: ut *Coagulum leporis,*
capreoli, vulpis, corium phocæ, pellis urſi, hyenæ, quæ cum cane vivo
jam antipathiam habet, utpote cujus umbrâ ſi tangantur canes,
ſtatim obmuteſcunt. *De Hippocampis vide Muſeum Olai VVor-* p.244.
mii, & Joſeph. de Aromatariis. Proſunt etiam *ſcarabæi* vulgares
melle macerati, & cum aquâ *verbenæ vel anagallidis* contuſi, ac da-
ti. Ex *cancris* vel *gambaris, & cinere cancrorum*, etiam *antilyſſon*
præparatur, cujus uſu nemo, ſecundum *Galenum*, eſt mortuus;
diſplicet *Helmontio* parandi modus, flamma enim conſumere cre-
ditur virtutem alexiteriam. Vide *Zacut* & *Schenck*. *Stercus ho-* de med. pr.
minis ruffi, ſi cui arridet, mirum in modum etiam commendatur. hiſt. l.5. hiſt.
Poterius oleum exin præparare docet. *Zacutus aquam* exin de 18.&l 7.deve-
nē p 948 49.

 ſtla- l.1. pharmac.
ſpagyr. p 40.

l.3.Pr. admir. obſ. 93. ſtillatam hoc in caſu prædicat, ſed noſtrates his deliciis vix delectā-tur.

l. c. §. LII. Ex ipſo *cane rabido* multa quoque in ſalutem patientis deſumuntur antidota. Sic ſcribit *Rattray* : *Coagulum catuli in ✠ epotum curat hydrophobiam, ut patientes continuò aquas appetant.* *Jecur canis rabioſi* coctum & comeſtum eſt, teſte *Horſtio*, alexipharmacum præſentaneum, cujus virtus ante decurſum 24. horarum, oppidò & cum inſigni effectu deprehenditur. Item : ſi *ſangvis* & *urina* canis rabidi adſumtaur. Sed hæc nauſeoſa & adhuc cruda ſunt. *P. J. Faber* miris encomiis laudat *Sal ipſius canis rabidi*, quod ex ipſius corpore combuſtione elici poteſt, ut artis eſt, quique rectificatus ad ʒj in aquæ theriacalis ℥j. ſingulis horis matutinis jejunô ventriculô exhiberi poteſt.

Hœfer Herc. Med. l. 5 c. 2. p 222.

Chirurg. ſpagyr. c 8. p. 992.

§. LIII. *Ex Mineralibus* etiam ſalutaria remedia poſſunt deſumi. Ut reliqua ſilentio involvam, in medium nunc producam tantùm *Spiritum ſalis communis*, cujus efficacia, prout à Viro in Medicinâ ferè conſummato aliquando percepi, tanta judicatur, ut non ſolùm omnibus morſibus animalium venenatorum, ſed etiam præprimis rabidi canis veneno contrarietur, utpote, quod acutisſimum & ſubtilisſimum eſt, &, citisſimè balſamum vitale penitrandi, vires obtinet. Debet autem eſſe *purus* & rectificatione ſæpisſimè iteratâ ab excrementis liberatus & vindicatus. doſ. ʒj. in ▽ appropr. Si aliquis fidem habere nollet, perpendat, quæſo, virtutem *aquæ marinæ* (de quâ poſtea) in curandâ hydrophobiâ. Hæc enim, ut & vulnera rabidorum, ſolo aquæ marinæ balneo curatur. Ratio autem eſt, quia mare abundat tali Spiritu ſalis, qui incoagulatus, & infixus ſuas permeat aquas, & inflat, unde cum quis vulnere tali infectus his perluitur aquis, Spiritus ſalis ſtatim penitrat vulnus, & venenum ibi latitans ſuâ innatâ facultate exſtingvit, imò & aliis ſuis manifeſtis qualitatibus balſamum naturale ipſius partis á putredine & corruptione conſervat. Ea de cauſâ vulneri quoque *ſalia & ſalſamenta* apponimus, non ſolùm, ut vulnus exſaniet, ſed etiam ut venenum extrahatur.

§. LIV. Hæc & alia, nunc, vel alibi enumerata, poſſunt ſub arridente formula, in doſi, & quantitate duplâ (ſecus atque in præſervatione) exhiberi, aliàs vix ſuperabitur hoc venenum. Nam

ut habet *Digby, præſentius veneni malũm eſſe fertur, ſi antidoto imbe-* Tr.1.de natu
cilliori, quàm ut vires illius ſuperet, miſceatur: hoc enim veluti præ- ra corp.c. 38.
eunte ac ducente derivatur ad Cor, à quo dein ob virium imbecillita- p.315.
tem expelli nequit. Sed quæritur hic non immeritò, *an etiam me-*
dicamenta ſub liquida formâ debeant propinari? videtur quod non:
quia *hydrophobi* abhorrent omnia liquida, E. & medicaméta. Reſp.
ita quidem videri, hoc tamen non obſtante, quidam ex autoribꝰ
affirmant, licet vi rabidorũ ori debeant intrudi medicamenta. Sic
Paulus Renealmus hydrophobæ invitæ in fauces immittit eſſentiam obs. 134.
alyſſi. Sic etiam *Jul. Palmarius* in exhibendo pulvere ſuo ſpecifi- l. c.
co contra lyſſam, procedit.

§. LV. Et hæc fuerunt *ſimplicia. Compoſitorum* varius eſt nu-
merus. Nos *uſitatoria* ſolùm, brevitatis ergo, adducemus. Per
tinet huc (1) *Antidotus ex cancris*, tanquam medicamentum apud
Græcos & *Arabes* hoc in caſu celebratiſſimum. Parandi modum
vide in diſpenſatoriis. Noſtro tempore magis in uſu ſunt *cineres*
cancrorum, præcipitant enim fermentum hydrophobicum. Quâ
occaſione omnia *præcipitantia* cum *alexiteriis* commiſta huc per-
tinebunt, item *Eſſentia* vel *Spiritus cancrorum*, nec deſperamus de
ocul. ♋ (2) *Theriaca* tàm internè in vino (hoc enim omnibus ve-
nenis eſt contrarium, teſte *Celſo*) quàm externè adhibita, & omnia p.510.
theriacalia. Novimus quidem quòd *Conciliator*, & alii cum illo, dif. 179.
hoc auxilium rejiciant; ſed fruſtrà. Argumentum quod habet, deMed. Pr.
deſtituitur nervô. *vid. Zacut.* (3) *Theriaca diateſſaron*, à multitu- hiſt.19.l.5,
dine ingredientium, quæ ſi intueamur, omnia erunt huic affectui
accommodata (4) *Specificus pulvis J. Palmarii*, de quo *vid. Schenk*
& Sennertũ aliosque.

§. LVI. Non rarò quoq; natura ab ejusdem veneni impetu
liberare ſe ſolet *per urinam*, idcircò admiſcenda *diuretica alexi-*
pharmacis, vel eligenda talia, quæ utraq; facultate indicationibꝰ
ſatisfaciunt. Provocant quidam urinas ad mictionem cruentã.
Sed hoc ſemper neceſſarium non eſt.

§. LVII. Et hæc quidem curationis ordine propoſita, in
quantum vires medicinarum non impediuntur, à mali præſentis
vehementiâ. Si verò contingat patientem *hydrophobiâ* jam corri-
pi, quid tunc agendum? Eſt enim ſpes in anguſto. *Palmariꝰ* uſu
pul-

pulveris ſui continuari jubet. Sed quid ſi hoc non ſemper pro-
cedat? Commendant *balnea.* Qui enim aquas abhorrent, ut ait
DemensIdea *Helmontius*, non mirum eſt aquâ ſanari. Inſervit enim hoc re-
128. medium ad mortificationem imaginum ſtultarum. Hinc *Celſo*
l. c. ſuadet ſtatim ejusmodi demorſum citra opinionem in piſcinam
projicere, hac enim ratione futurum, ut ſimul ſitis, & aquæ metus
Aet. tetrab. tollatur. Sic Philoſophus ille, qui ſub ingreſſu balnei, imaginati-
2.ſerm.2.c.24 onis errores fortiter ſuppresſit ita argumentando: Quid cani
cum balneo? *hydrophobiam* maſculè exſtinxit. Potentius hæc o-
mnia præſtat aqua marina, ut pluribus hiſtoriis demonſtrat *Hel-*
DemensIdea *montius*, ob rationes ſupra datas, quia continet in ſe talia princi-
p.127. pia, quæ putredini vel corruptioni reſiſtendi, & venenum exſtin-
l. c. guendi vim habent, quicquid etiam *Paræus* cum *Ferrando Ponzet-*
obſ. 135. *to* contradicat. Si verò, ut obſervavit *Renealmus Pariſiis* 1604.
quod nec mare rabiē vel hydrophobiā curare potuerit, cauſa re-
jicienda in uſum non continuatum.

§. LIIX. Alii poſt balnei uſum, ſi *hydrophobia* planè non ceſ-
ſit, cum *Democrito* potum præbendum ſuadent in Speculo Sphæ-
rico: *Methodici* vultum obnubilare jubent, alii per canalem lon-
gum optimè coopertum per os infundi potum volunt: Alii, ut
Arabes, potum dare voluerunt in vaſe confecto ex *cute lupi, hyenæ,*
vel alterius animalis, cooperto eodem cutis genere, non, quod vir-
tus in cute, aliisvè talibus ridiculis inſit peculiaris; verùm, ut ægro-
rum oculi non exaſperentur, quod fieri ſolet ex reflexione lumi-
part.4.d.rab nis, quæ provenit facillimè ab aqua, vitro, ſpeculis &c. *vid Joſeph.*
contagioſ. c. *d. Aromatariis.*

8.p.56. §. LIX. Curationes, quas nonnulli (1) per *Carmina* fieri cre-
dunt vide *in Johann. Joviano Pontano, in Anton. Dialogo* (2) per *ſa-*
l 7.d. venen. *lutatores & Alexicacos*, vide in *Schenk. & Roderico à Caſtro.* (3 per
animal p.952 *miracula & migrationes ad Templum Divi Donini, & Sacellum D.*
Madic. Polit *Bellini vid. in Horſtio.* (4) *per reliquias Sanctorum, ut ſtolam S. Hu-*
l.4.c.3. *berti*, de quâ ſi filamentum intra cutem frontis incarnetur, non
Joſeph. d A- ſolùm à rabie liberatur, ſed alteri quoq; commorſo terminum
romatariis p ſolùm differre, & rabiem ſupervenientem ſopire poteſt, vide *Helmontiū*
65. decad. x centur. v.
Therapeut, Has omnes curationes, tanquam à fidei noſtræ integritate alienas
DemensIdea rejicimus.
p.229 & Tr. de Curatione vuln. magnetica p.602.

§. LX. De *diætâ* aliquid etiã adderemus, ſed nihil ferè peculiare in ſe continet. Ut a. tandem ſatisfaciamus ſtatutis, locô coronidis addimus *Problema* ſequens.

Utrum pulli columbini à rabido commorſis conveniant?

SOLI DEO GLORIA!